

Spiritus separatus appellatur no- mine magis	{ Generali vel re- spectu ipsius Speciali & pecu- liari vel respe- ctu	Officij	{ Archangelus Angelus. Spiritus administratorii.
		Substantiæ ex qua com- ponitur	{ Mamon seu Mamona Spiritus, Ventus, Minister igneus.
		Scientiæ qua præditus est	{ Dæmon Dæmonium Intellectus separatus Intelligentia
		Originis & dignitatis	{ Sanctus Dei nutus Diuinus vultus DEVS Agalmata
		Contrarietatis in pro- prietate	{ Bonus Malus
		Virtutis atque opera- tionis, nempe à	{ Medicina, Raphael, Virilitate Gabriel. Ignea dispositione Vriel, Stupore & admiratione gratia fortitudinis suæ Michael
		Mundi, quartæ ipsi af- signatæ,	{ Orientalis, Meridionalis, Occidentalis, Septentrionalis.
		Elementi, in quo cre- ditur habitare	{ Igneus, Aereus, Aqueus Terreus
		Stellæ cælestis, in cuius orbe mansionem ha- bet vel virtutem per influxus recipit	{ Saturnius, Iouialis, Martialis &c.
		Nominis cui inseruie- bat	{ Jeremiel à Propheta Ieremia. Zachariel à Propheta Zacharia. Vrielab Vria Ezechiel &c.

IVtra Cabalistarum sententiam spiritus istiusmodi abstractos dicimus Malachim à Hebræis, Ange-
los à Græcis, Deos à Latinis, Reuclin. De Art. Cabal. At verò alii volunt Archangelum & Ange-
lum esse nomina ab officio potius emissorio deriuata, vnde Angeli quasi nuntij, vtpote qui emit-
tuntur ad voluntatem diuinam annuntiandam & exequendam. Dicuntur etiam spiritus administ-
ratorii, seu præfecti ad faciendam omnem rem à Deo institutam. Et Racanat in 14. Exodi vocat eos cha-
racteres volantes superne in fundamento sapientiæ spirituales operationes, quorum sunt notæ Ca-
balisticæ. Nomina eorum iis secundum substantiam assignata sunt. Mamon seu Mamona quasi spiri-
tus, atq; etiam ventus & ministri ignei, vnde in literis sacris legimus, *Qui facis Angelos tuos ventos, &
ministros ignes vrentes.*

Præterea nomina sua sortiuntur à scientia & ratione, qua præditi sunt. Dæmones, & Dæmonia
dicuntur, quasi scientes, intelligentes, sapientes, & præcipue ipsi qui solitudini n. gotiorum inferio-
rum sunt destinati. Et quamuis Dæmonij vocabulū videatur nobis esse nomen in malam partem ac-
ceptum videlicet pro malo dæmone, in quo esse diuinum extenuari solet; attamen à multis autho-
ribus satis probis illud in bonam partem vsurpari inuenimus, videlicet ab Homero, Apuleio, &
aliis, qui dæmonium Soeratis accipiunt pro Deo eius. Porro etiam intelligentia dicitur angelus &
intelle-